



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 34. Cæsaris, petita per suos Oratores Synodo proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Julio Tridentum delatus omnes ministerii sui partes integerrima fide explebat, prout ex ejus literis apparet, quæ cum magna verborum Majestate conscriptæ raram ingenii sui præstantiam, atque in rebus gerendis dexteritatem luculenter testantur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. XXXIV.

*Cæsaris petita per suos Oratores  
Synodo proposita.*

Altera post nuperam Congregationem die septima ejusdem Mensis Cæsaris Oratores, cum articulum de communione sub utraque specie proponi gauderent, spem concipiebant, fore, ut suæ Nationis petito satisfaceret, quapropter opportunam ipsis offerri occasionem censebant, ut articulos, quos petere jubebantur, proponere possent: igitur Papæ Legatos conveniunt, eisque scriptum, quod a Cæsare transmissum acceperant, tradunt. Hic libellus viginti postulata reformationem tangentia complectebatur, quorum primum erat: „Orandus in primis summus Pontifex, ut seipsum, & Romanam curiam reformari benigne patiantur. II. Numerus Cardinalium reducatur, ita ut illi tantum sint duodecim, aut saltem viginti quatuor unacum duobus autem supernumerariis vigintifex.

Pallav. l. 17.  
s. 1. n. 6.  
Thuan. hist.  
l. 32. n. 1.  
Sarpus l. 6.  
p. 496. &  
497.



Sæcul XVI. „sex. III. Provideatur, ne fiant am-  
A.C.1562. „plius dispensationes scandalosæ. IV.  
 „Revocentur omnes exemptiones con-  
 „tra jura communia passim concessæ,  
 „monasteriaque omnia sub ejus Epi-  
 „scopi potestate constituentur, sub cu-  
 „jus sunt Diæcesi. V. Tollatur pror-  
 „sus pluralitas beneficiorum, & statua-  
 „tur, quod singula Collegia singulas  
 „erigant Scholas, & Ecclesiæ non den-  
 „tur conductitiis Presbyteris. VI. Epi-  
 „scopi omnino ad residentiam cogan-  
 „tur, nisi in extrema Ecclesiæ necessi-  
 „tate, ut officia per seipsos, non per  
 „vicarios impleant: si vero ipsi non  
 „sint idonei, vel potentes, non uni Vi-  
 „cario totius diœcesis cura mandetur,  
 „sed pluribus personis, Theologis Theo-  
 „logica, Canonistis canonica negotia:  
 „insuper visitationes, diœcesanæque  
 „Synodi habeantur. VII. In Ecclesiis  
 „omnia Dei ministeria gratis præsten-  
 „tur, & illæ, quæ sunt adeo tenuis  
 „reditus, ut ministeria Ecclesiæ absque  
 „quotidianis emolumentis nequeant  
 „sustinere, incorporentur cum aliis non  
 „curatis beneficiis pinquioribus. VIII.  
 „Revocentur veteres Canones contra  
 „Simoniacam pravitatem. IX. For-  
 „tassis expedit, quod humanarum San-  
 „ctionum multitudo nonnihil contra-  
 „hatur, superfluis resectis, & Prælati  
 suas



„suas constitutiones non æquent obli-  
 „gationi juris divini. X. Excommuni-  
 „catione non uti permittatur extra ca-  
 „sum peccati mortalis, & notoriæ in-  
 „corrigibilitatis. XI. Provideatur, ut  
 „diligenter, & devote in divinis officiis  
 „preces effundantur, quæ aliquando  
 „ita præcipitate a celebrantibus profe-  
 „runtur, ut nec seipfos intelligant, nec  
 „ab aliis intelligantur. XII. Brevia-  
 „ria, & Missalia purgentur, ressecando  
 „omnia, quæ non ex divinis sunt de-  
 „sumpta literis, & tædiosa prolixitas  
 „Psalmorum, & orationum habito de-  
 „lectu contrahatur. XIII. Fortasse per-  
 „mittatur, ut liceat alicubi latinis can-  
 „ticis vernaculos fideliter versus inter-  
 „miscere. XIV. Discutiatur, qua ra-  
 „tione Clerus ad vitam puriorem redu-  
 „catur. XV. Perpendatur, quo pacto  
 „monasticus Ordo ad primitivam insti-  
 „tutionem redintegretur, ne tantæ Mo-  
 „nasteriorum divitiæ tam flagitiose dissi-  
 „pentur, & hæc de morum, abusuum-  
 „que reformatione pertractentur. XVI.  
 „Quod ad dogmata attinet, consideran-  
 „dum est Sacro Concilio, an non res ipsa  
 „efflagitet aliqua juris positivi præcepta  
 „relaxare, & circa communionem sub  
 „utraque specie consuli exteris nationi-  
 „bus. XVII. De esu Carnium, & je-  
 „juniis aliquid de pristino rigore re-  
 mitta-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.



Sæcul. XVI. „mittatur, super quo tamen pruden-  
A.C. 1562. „ter consideretur. XVIII. Conjugium  
 „item Clericorum aliquibus nationibus  
 „concedatur. XIX. Deinde multipli-  
 „ces Evangeliorum postillæ, quibus  
 „Parochi pro concionibus ad populum  
 „habendis utuntur, a Theologis do-  
 „ctioribus corrigantur, vel illis aliæ au-  
 „ctoritate publica approbatæ substituan-  
 „tur, novumque rituale ad usum om-  
 „nium Ecclesiasticorum conficiatur.  
 „XX. Excogitetur medium non ut per-  
 „versi Parochi castigentur, sed sicut pas-  
 „sim citius possent expelli, quam sub-  
 „stitui meliores, ideo quædam ad hanc  
 „difficultatem amovendam necessaria  
 „recenseantur media.

Art. I. Unus Catholicus Parochus  
 „præficiatur interim pluribus Ecclesiis.  
 „II. Videatur diligenter, an aliqui ex  
 „iis sectariis possint ad Catholicam fi-  
 „dem reduci, & ideo illi, qui sanioris  
 „mentis videbuntur, in proximam Ca-  
 „tholicam Academiam mittantur, &  
 „recte erudiantur. III. Injungatur Epi-  
 „scopis Academiam non habentibus,  
 „ut in vicina Academia Collegium eri-  
 „gant pro adolescentibus Theologiæ  
 „studiosis alendis, & instituendis. IV.  
 „Limitatus auctorum Catalogus edatur,  
 „qui legi debeant in Scholis, nec alii  
 „admittantur. V. Plures Episcopatus  
 in



in latioribus Provinciis erigantur, & Sæcul. XVI.  
 opulenta Cœnobia in hunc usum con- A.C. 1562.  
 vertantur. VI. Quod spectat ad bona  
 Ecclesiastica in usus profanos conversa,  
 & distracta, præstaret forte hoc tem-  
 pore, ut eæ dissimulentur injuriæ.

Postremo: Modeste monendi sunt  
 Patres, ut diligenter examinent, an ad  
 tollendam conscientiarum anxietatem  
 non conduceret, si statuerent, Præsu-  
 lum Constitutiones non obligare sub  
 peccati reatu: insuper perpendant Pa-  
 tres, an non major utilitas deposceret,  
 ut innumeræ hæc leges humanæ ad mi-  
 norem reducantur numerum, aut in qui-  
 busdam locis psalmis latinis quædam  
 preces patria lingua adjiciantur.

§. XXXV.

*Legatorum consilia de evitandoresponso  
 ad hæc postulata.*

Cum hæc postulata Legati minime *Pallav. l. 17.*  
 admittere possent, toti in eo erant, *c. 1. n. 6.*  
 ut Archiepiscopo Pragensi horum in- *7.*  
 dignitatem comprobata redderent, ac  
 demonstrarent, quanto tum Concilii,  
 tum Cæsaris dedecore ejusmodi articu-  
 li fuerint propositi, quapropter respo-  
 sum differre statuerunt, donec per Se-  
 dis Apostolicæ Nuntium Cæsarem ab  
 hoc consilio dimovissent. Hujus rei cu-  
 am eidem demandabant Archiepiscopo,  
*Hist. Eccles. Tom. XLV.* F qui